Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



peccantibus quam oportet minime
proponat; Sepe uero dum nobis in
esse incauta lenitas displicet zelus
se in furorem trahit. atq; certa pacien
cie limitem animum captiuum ra
pit; Quia p mixta simul uicia atq;
adunata contra mentem ueniunt
recte predicatoris ore contra descrip
tam ierusalem castra ponuntur.
& quia aliquando singula hinc in
de sensum feriunt. in gyro arietes
ordinantur. Ponit ergo predicator
arietes in gyro. dum caute de nun
ciat. quam blande luxuria percu
tit. quam aspere inpaciencia occi
dit. quam laboriose auaricia ac
cendit. & interimit. quam tumi
de superbia extinguit; In gyro itaq;
arietes ponere. est predicando osten
dere. quia undiq; soleant animā
mucrone uiciorum ferire. Sequitur;
Et tu sume tibi sartaginem ferream.
& pones eam murum ferreum inter
te & ciuitatem; Quia ferrum forte
metallum est. & sartagine cibus fri
gitur. quid p sartaginem ferream nisi
spiritalis zeli fortis fruxuta signatur.
Omnis quippe spiritalis zelus doctoris animam frigit. quia ualde cruci
atur. dum infirmos quoq; eterna de
serere. & rebus temporalibus delecta
ri conspicit; Quam bene paulus sar
taginem ferream sumpserat. cum ze
lo animarum cruciatus dicebat. quis
infirmatur. & ego non infirmor. quis
scandalizatur. & ego non uror.
Ipsum cor quod animarum zelo succenderat. quid aliud quam sartaginem fecerat. in quo am ore uirtutum con
tra uicia ardebat. Quod enim ure
batur. sartago erat; Inardescebat enim
& coquebatur. quia incendebatur amaritudine. sed uirtutum alimenta prepa
rabat. ex sua afflicta cogitacione; Sed
quid est. quod eandem sartaginem
ferream ponit. nisi quod fortis
zelus qui nunc mente doctoris agit.
in die extremi iudicij inter eum et animam quam uicius zelatus rectis est.
ut & si audire si qui docetur noluerit. doctor tamen pro zelo quem exhibet de auditoris negligencia reus
non sit. Murum g ferreum inter
se & inter ciuitatem ponit quia in
ultionis tempore inde doctor damp
nacionis piculo muniturum de nunc
p zelum cordis fruxuram patitur. Hul
lum quippe omnipotenti deo tale est
sacrificium. quale est zelus animarū
Hinc enim psalmista ait. Zelus domū
tue comedit me; Quantum uero fru
xuta cordis que spiritalem zelum agit.
omnipotentem dnm placat. aperte
ostenditur. cum offerri per legem si
mila in sacrificium iubetur. que sar
tagine oleo confrigitur. de qua scrip
tum est. offeret eam calidam in odorem
suauissimum domino. sacerdos qui pa
tri iure successerit. & tota cremabitur.